

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

I. S. Theoctista Lesbia Virgo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

Ouid. 4.

Met.

I.  
9. nouem*Qui fieri potuit triplici cum corpore, &c. En.**Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimara.**Ore foras acrem flaret decorporeflammam.**Quodque Chimara ingū medijs in partibus hinc  
pectus & ore leo, caudam serpentis habebat.*

S. THEOCTISTA LES-  
BIA VIRGO.

**M**ethymnensis hæc erat patria, vitæ sta-  
tu religiosa; Nam à prima infantia in  
virginum cœnobium deducta, sacrum reli-  
gionis cultum induit. Nata annos decem  
& octo, in vicinum egressa vicum sororem  
salutavit. Sed cum eadem nocte Cretenes  
duce Nyfride, 2. locum inuasissent, omnes  
incolas vna cum Theoctista ceperunt, Ad  
lucem ergo morati in insula, captiuis vndi-  
que coactis, prædā composuerunt. Theo-  
ctista dato clam fugæ loco in siluam cunctis  
ignota secessit, ubi & postmodum, quam-  
uis fame, frigore, æstuq; grauiter diu, mul-  
tumq; conflictata perseverauit, lupinis  
& agrestibus herbis pasta, intra quinque  
3. supra viginti annos visa nemini, Deo peni-  
tus addicta, cui viuebat soli & intemeratae  
Dei matri. Anno quinto & trigesimo ex-  
acto, diuino ductu, venator ferā persecu-  
tus, atque à cæteris longius digressus 4. æ-  
dem Deipare vifendi gratia ingreditur, erat  
enim

enim locus desertus, precatusque suspexit aliquantulum, veditque ad dextrum aræ latu quasi velum à vento agitatum, aut aranei telam. Ergo rei proprius intuendæ causa progressus, audit vocem ita se compellantem: siste gradum homo, nec proprius accede: fœmina enim abs te videri erubesco. Perculsum ille & tremore correptus fugam meditabatur, etenim comæ illi spinæ instar erectæ inhorruerant; ægréq; tandem recepta mente quærebat, quænam, & vnde esset: Et illa. Vestem, inquit, obsecro huc proiice, vt tecta tecum loqui possim. Quod ipse cum fecisset, illa vestem induit, signoque crucis expreſſo munita, adventatorem prodijt. Et erat forma quidem muliebri, sed specie vix humanâ. Crines alba, frontem nigra, corpore ita extenuato, vt vix ossibus hæret, meraque umbra videretur. Expositis ergo, quæ supra narravimus, hæc adiecit: precata venatorem uti sibi particulâ factos sancti corporis Christi adferret, rursum vterque ab altero discessit. Qui postquam cum sacris mysterijs Eucharistiae reuertit, accepit hæc, illa precabunda, Deoque meritas grates persoluit. Abiit hinc ille ad venationem, & paulò post ad eam, veluti desideratum thesaurum, reuisit, quam defunctam iam offendit, cui

En Glum  
Genius spe-  
cies.

8. pro loci facultate tumulum parauit, eodem loco, vbi mortuam, repererat, multa precatus. Deumque debita laude veneratus humo condidit.

## ANNOTATIONES.

1. Metaphrastes copiosè præstantis huius virginis acta prosecutus est. Extant & apud Lipom. t.s. & Surium. Celebrant hanc Molanus & Martyrolog. Romanum 10. Græcum 9. Nouembris.
2. Parum insulam Cretenses Arabes invaserunt, in qua degebat S. Theoctista.
3. Ex Eubœa, inquit Metaphrastes, Genatores hue generunt: habet enim Parus insula magnam cervorum & caprearum copiam.
4. Aedem Deiparae prius Venator more suo inquit Metaphrastes, religionis causa ingressus erat.
5. Hæc aliter in Metaphraste. Venator defuncta non sepeliuit, sed cum lacrymis veneratus reliquias, manum eius præcidit, secumque abstulit, mox coactus referre, cum nauis non nisi relata dextra propelli posset. Socij venatoris intellecto miraculo certatim & ipsi ex naui ad templum aduolabant, sed præter vestigia corporis nihil amplius reperere.

## S. HYPATIVS EPISCO-PVS 1. GANGRENSIS.

<sup>15</sup> Nouēb  
Ead prolis.  
~~et illis.~~

S. Hypatius Constantino M. imperante floruit, unus ex illis cccxviii. patribus in